

tur, ex aceto mulso, Dioscoridis obser-
 uatione: & communi inter veteres & re-
 centiores cōsuetudine, cādens ferrum
 aqua, vino, lacte extinctū, cœliacis, dy-
 sentericis, lienosis probè conducit. My-
 si Galenus, cum asaro & alijs, difficulter
 mingentibus & respirantibus exhibet.
 Idem recipit, vt & chalcitidem, antido-
 tus, quam pro cœliacis format Myrepfi-
 cus. Chalcitidem aliās Theriacæ misce-
 ri, nemo est, qui ignoret. Apud eundem
 Myrepficum extat è croco, Esdræ anti-
 dotus, cui inest cinabaris, vt & illi, quæ
 Galeno adscribitur, calculo laboranti-
 bus destinatę. Quis neget ergò, Græcæ
 & Arabicæ medicinæ antesignanis, me-
 tallorū vsum, qua par est medica pro-
 uisione intrò sumendorum, omni pe-
 riculo caruisse?

Sin iam ad lapides, quæq; in lapillo-
 rum speciem induruerunt, nos conuer-
 tamus, eorum vires laudibus extollit
 Chymista: quando è cōtra duratorum
 aquea compages, quam difficulter in-
 nati caloris proprietas expugnet, haud
 quicquā Medico polliceatur, quod vel
 curando, vel præseruando ab ægritudi-
 nibus

Li. 5. c. 54.

c. 53. c.

Gal. 1. fa-
cile par. 173. facile pa-
rab. 211.

Sect. 1.

cap. 330.

Sect. 1. cap.

138. c. 62.

Lapides, a-
liq; simi-
lia, non ne-
gligi ab an-
tiquis.